

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

10. De ejectis in templo negotiatoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

ta, & deficiente. Ut non pluit manna, nisi farina Ægyptiaca jam consumpta. Non commiscentur vina hæc, ut ait Bernardus, cælestes solatum & terrenum.

## MEDITATIO X.

*De ejectis è templo negotiatoribus.*

## PUNCTUM PRIMUM.

Christi  
zelus.

Ps. 68.  
10.

Cant. 8.

6.

Prov. 3.

12.

Heb. 12.

**Z**elus Christi pro Patris gloria, & templi honore: est autem Zelus studium ardens amandi quidquid officit bono rei amatæ. Christus autem, ut amabat summè Patrem, & Ecclesiam sponsam, ita zelum habet pro ijs ardentissimum, de quo in Psalmo. *Zelus domus tua comedit me: nam pro zelo suo tradidit se morti consumendum.* Et quidquid cogitabat vel agebat, zelus erat, & in zelum totus erat conversus, uti ignis convertit in se, quæ arripit. Hinc tam fortis, & intrepidus factus ad ejiciendos prophanatores templi, ut non fuerit veritus illorum vim, quia *fortis est*, ut mors dilectio, dura, sicut infernus, emulatio: flagellum facit quasi in filios: nam, *quem diligit Deus, corripit.* Quo autem zelo flagellum arripuit, eodem se pro nobis flagellandum reddit. O zelo induat in carnem meam ad castigandam, & pro alienis quoque culpis impediendis. Optem, ne auferatur ejus zelus à me, sed castiget in misericordia me peccantem.

PUN-

PUNCTUM II.

Vdæi perunt à Christo signum, ad compro-  
m. bandam potestatem istud audiendi. Pro signo  
este ait. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus ex-*  
titabo illud. Duplex signum dat, 1. Quod per-  
mittet solvi templum corporis sui, *In quo habi-*  
*Ioan. 21.  
19.*  
*Passio.*  
tar plenitudo divinitatis corporaliter, per ditissi-  
mos cruciatus. 2. Quod propria virtute illud ex-  
citabit gloriosus. Tale etiam dedit in Iona, qui  
in mare dejectus, in ventre ceti delituit tridu-  
um, qui est typus mortis, tum redditus est inco-  
lumis, qui est resurrectionis. Clarè ostendit, suo  
permisso futurum ut occidatur, idque verè pro-  
digii loco est, ut cuius anima erat gloria, cor-  
pus morti subjiceretur. Magnum hoc extitit  
signum, & charitatis in nos, ut ædificaremur  
ipsi in templum sanctum Dei; & potentia quod  
moriendo nos vivificavit. Per hæc signa factum  
ut omnia ad se traheret exaltatus in crucem,  
nec jam funiculis ad flagellum faciendum ute-  
retur, sed ad vinculum necandum charitatis,  
quo nos traheret in funiculis *Adæ.*

Resur-  
rectio.

Chari-  
tas.

Of. 11.4.  
Oratio.

Domine! anima mea templum est, illud ego  
destruo peccando, tu reædifica tribus diebus, in  
primo gratia tua vivificando, in secundo perse-  
verantiam usque ad finem largiendo, in tertio  
ad vitam resuscitando.

PUNCTUM III.

Qvod iterum ante passionem ejecit negotia- Secunda  
tores; sed hac vice non adhibuit flagel- ejecio  
lum, ut in prima, in qua est significata lex ve-  
S tus,

*Matt. 21. 12.* *tus, quæ est timoris. In secunda autem lex gra-*  
*tiæ, quæ est amoris. In prima dixit. Nolite faci-*  
*re domum Patris mei, domum negotiationis; in se-  
cunda autem. Vos fecistis illam speluncam latro-*  
*Marc. 11. 16.* *num, est domus negotiandi, sed cum Deo; spe-*  
*luncam latronum, quod in negotiando plerum-*  
*Anima est Ora- que fraudes fiant. In prima ejecit negotiantes pe-  
torium. cora, & subvertit mensas, in secunda non sinebat,*  
*Mat 6. 6* *ut vel quispiam transferret vas per templum.*  
*1. Tim. 2. 8.* *Anima mea debet ipsa orationis esse domus,  
quam ingrediens, Orabo Patrem in abscondito,  
& qui vidit in abscondito, reddet mihi. Hoc ora-  
torium nobiscum ferimus. Volo viros orare in  
omni loco, levantes puras manus, sine ira & dis-  
putatione.*

Absit ab hac domo negotiatio prophana, &  
sit mun. tumultus passionum, nec non cupiditas & ava-  
rita. Universè sit munda à culpis, quieta à per-  
turbationibus, ornata virtutum exercitationi-  
bus. Quis oret in Ecclesia quæ sordet, & tumul-  
tus est plena? Domine sume zelum, & ejice ex  
me, quidquid officit domui tuæ, templo tuo.

## MEDITATIO XI.

## *De sermone Domini in monte habito.*

*De octo Beatitudinibus, pars prior.*

## PUNCTUM PRIMUM.

<sup>1.</sup> Christus **T**riplex Christi munus in hoc sermone. Mu-  
nus est Doctoris, in quo sunt omnes thesa-  
*Col. 2.3.* ri.